



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

7 de iis qui Popinas frequentant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

scribant. Observantur autem alia ab edilibus, al. a ab agri magistratibus, alia a rerum venalium magistratibus.

5. Altam deinceps legem statuit, Plaut. 8. de legib. Necesse est, inquit, peregrinos omnia a possidentibus emere. Nec cauponatio in tritico & hordeo circa farinam ac cetera alimenta vlla fiat.

6. Nec cibibus, nec feruis eorum cauponari omnino liceat. In peregrinorum tamen foro liceat opificibus eorumq, feruis, vinum cibumq, commutare, ac vendere, carne quo coctas simuliter: qua res a pluribus cauponatio nuncupatur. Nam vt vere cauponam generale nomen, & popinam & ganeas exercere species cauponationis: & ita caupones omnes si dicebantur, idem, 2. de Repub. & in Sophista. qui imbecilles corpore & ad aliud opus aptiles in ciuitate, constituti circa forum partim quidem argento commutant eam his, qui aliquid venditari sunt, partim res dant pro argento, his, qui veniunt emuri, illicque ignobiles mercatores, qui lucrum sectantes emur, vrealiquid superlucrantur, vt inuit illud Ennii dictum Pyrci ad Romanos apud Ciceronem, 1. Offic.

Non cauponantes bellum, sed bellum gerentes. Vt plerumq, tamen caupones dicuntur, qui vinum vendunt munitatim, & esculeuta appaata, vt Martialis, in 1. epig. 24.

Continuis vexata madet vindemia nimis:

Non potes, vt cuperes, vendere caupo merum.

Cicero quoque, 2. de diuinat. & Val. Maxim. lib. 1. c. 7. dam de duobus Arcadibus amicis historiam narrat, alteram decessisse in tabernam meretriciam a caupone interfectam. scribit. Subministrantur & in cauponis irritamenta gula: quibus & pecunie condimentis exhaufuntur, & ad libidinem sternitur via. Cauent autem in Lacedaemones, ne coqui essent alii, quam carnis duntaxat: qui vero preter hanc artem nouissim, etieiebantur ciuitate, perinde ac regotantium purgamenta, & Elian. lib. 1. 5. var. hist. 1. c. 7.

7. Nero Claudius Caelar, Suet. in Nero. c. 16. interdixit, ne quid in popinis cocti preter legumina aut olea veniret: cum antea nullum non obsonii genus proponeretur. Ad dit Dio Cass. lib. 60. hist. for. tabernas, in quas coeuntes potabant, fuisse demolitas, & edilisse ne quis carnes elixas, aut quam calidam venderet, & in quosdam contra delinquentes animaduertisse. Sed & Lacedaemoniis intra ac Romanis lex erat, ne cui licitum esset conuare, que & quando ipsi liberet. Nam cum per alia ciues ad temperantiam reuocare uoluerunt, tum non minime pertrationem mensae, vt scribit Aelianus, 1. 3. var. hist. c. 32. Vespasianus in tabernis vel popinis nihil preter legumina veldi passus est. Xeph. ex Dio. in Vesp. Huc pertinet antiquae leges sumptuariae, quae prodigalitate & luxuriam vitas adimebant, & modum praeteribant: veluti Orchia, Fannia, & similes. De quibus vide Gellium, lib. 2. c. 28. Crinum, lib. 4. c. 6. Macrobius, lib. 3. Saturnal. c. 17. Et in nostro lib. 40. Syn-taxeos actis mirabilis, c. 1. 8. ubi plura. V. de etiam adhuc Gellium, lib. 1. c. 8. de verbis Phaurorini circa conuatum exprobrationem, dum perfasit legem Liciniam de sumptu minuendo. Scribit Iocratas, in areopagit. oratio. In caupona vel bibere vel edere ex antiquis nullus audebat, vel domesticus familiaris: nam dabant operam vt graues esse viderentur, non autem currae. Hyperides in libro contra Patroclum, Areopagitas narrat, cum quidam pransus esset in caupona, prohibuisse illum in Areopagum accedere: vt & refert Athenaeus, lib. 13. Dipnoso. c. 7.

De Ebrietate. Cap. 8.

- 1 Ebrietatis notatae nationes.
- 2 Ebrietas quando punienda & tollenda.
- 3 Ebriorum poena. Et eorum delicta quae poena vindicanda & quare. num. 4. 5. 6. & 8.
- 7 Bibendi assiduas maledictionem habet.

De ebrietate & legibus sumptuariis pleraque tractauimus in libro 40. Syntax. art. mirab. & proinde non repetemus: sed quae in legibus scripta superant annotanda, trademus. Ebrietatis actionem apud Athenienses fuisse, de qua cognouerit praetor seu archos testatur Iulius Pollax, lib. 8. Oonomastic. Quae certe tanto populo digna fuit, & si multis nunc dura videatur, quibus mores placent Papyrorum, Byzantiorum, Argiuorum, Corinthiorum, Thracum, qui taxati tantum modice vinum bibisse, vt notat Allianus, lib. 3. cap. 13. 14. 15. Conqueritur Iulianus, quod largitiones, quae fiebant coctibus, eadem die ebrietatibus & potationibus expendere, nec domum quicquam reportaretur: id quoque vetat p. illae largitiones fieri eadem, in §. nullus signur, de consulib. in ant. coll. 4.

Refecandam & coercendam esse ebrietatem, & quae ad ebrietatem pertinet, suadent vel potissimum (vtra id quod per se ebrietas nocet ebrio, ipsum enim agit, Et sane 24. Et saepe occidit Ecclesia. 25. eumque degenerem a natura hominis reddit) quod ea sit fomes omnium vitiorum & nutrix & errorum mater, c. ante omnia, 35. dist. c. sane, 15. q. 1. Esai. 28. Luxuriosa res vinum, Proverb. 20. c. luxuriosa, 35. dist. ca. venter, eod. & temultuola ebrietas: quicunque his delectatur, non est sapiens, auferit eor, Osea. 4. d. c. incestus fait origo, c. Sexta die, 35. dist. Et quod amplius est, ebrietas afflicta, mortale est peccatum, c. vinum, 25. dist. c. episcopus, 35. dist. si non assidua, veniale. Ideo pro obeuntibus in ebrietate, si assidua, ecclesia non orat, c. derelig. & ven. sancto. c. pro obeuntibus, 13. q. 2. quia ebrii regnum Dei non possidebunt, I. Corinth. 6. si veniale, contra, c. anima defunctorum, 13. q. 2. Cum & ebrietas etiam interdici uel sumere cibum, & consortium eorum seu familiaritas vitanda, c. ad mensam, 11. q. 3. Episcopus, presbyter daponantur inferioris ordinis clerici prailegio in iurationis capilli, seu corae, laicius communiuone priuatur, c. episcopus, 35. dist. Clericus no quidem quotidianus ebrius, trium dieum iuratio a communiuone priuandus, aut corporali subdendus supplicio, c. fin. d. dist. Hodie clericus monitus, qui aliquando ebrius fit, si non desistat, ab officio & beneficio suspendendus iudicatur, c. a crapula, de vita & hon. cleric. ap. Gregor. Sicut & armatae militiae miles, ob ebrietatem iubetur mutare militiam, homine delictum, §. per vinum, de re milit. in P. §. Delicta & ab ebriis commissa, fatendum quidem est, veluti a furiosis & mente captis facta censeri, nec punienda esse, tanquam ab ebrio facta: verum puniendam culpam esse, quod ab ebrietate non se temperant: fines enim bibendi transiisse culpa est, c. inebriantur, 15. q. 1. Ideo pro culpa illa & leuius, quam delicti natura postuler, puniendi sunt, arbitrio iudicis, l. respiciendum, §. de linquunt, de po. in P. l. omne delictum, §. per vinum, de re milit. facti glan. sane, in vtr. damnatur, 15. q. 1. Pan. in c. 1. col. 2. de maled. Explicat autem copiose Luc. de Pen. Cibi etia lo de Plat. in l. 1. de erog. mili. anno. l. 12. Cir. 37. quando & quomodo puniatur delictum ab ebrio commissum, & quomodo dicatur quis ebrius: ideo hic non transcribam: Apud Moscouitas ebrii, etia sacerdotes fuerint, verberantur publice, vt scribit Sigismundus Liber Baro. in comment. rer. Moscouit. Propriam etiam legem Pittaci Aristoteles esse ait, 2. Polit. c. 5. lib. 2. ad Theod. Rhecor. c. pen. ebrios si quem pulsauerint, maiori poena damnati, quam si sobrii fecissent. Quod enim plures delinquant ebrii, quam sobrii, non ad id respexit, quod magis esse debeat ebriis venia, sed ad utilitatem.

Erant & apud Athenienses magistratus dicti Oenopae, qui obseruabant in conis, an aequae biberent, qui conuenerant. Eratq, frugalitas magistratus iique tres Oenopae, qui lychnos similiaq, dabant conantibus. Nec defunt, qui oculos hos dixerint, teste Athenaeo, lib. 10. dipnoso. c. 7. In comitiis Germanicis, c. 8. politia. habitis Augustae Vindelliciorum anno 1348. sub Carolo 5. Caesare, inhibita sunt comotationes iussuq, magistratibus eas abrogatae propter mala, abusus, & ataxian, quae inde oriebantur atq, blasphemias & criminationes. Franco rum & antiqua lex. Beat. 7 Rhena. lib. 2. rer. Germanica. Nemo militis socium, aut quemlibet alium, ad potandum inuitato: quod si quis ebrius reuertus fuerit, etieus quoad culpam agnoscat, aquam bibito. Salomon & paucis verbis hanc bibendi assiduitatem sic detestatur, Proverb. c. 23. c. luxuriosa, 35. dist. Cui va, cuius patri, va, cui vixit, cui foue, cui sine causa vulnera: cui suffussio oculorum: nonne his, qui commemorantur in vino, & student calicibus epotandis? isor, inquit Eustathius, in vnu. xia tō dionō qē rē dō pō mēcheta, pēdē dū hēta, tō dēv tōs tōvōlus ētē xpōtōv tō dion, xēi mō dēi pōtōv dō mōvōv xōvō dōvōs. Solon in legibus suis statuit, D. og. Laert. in de vit. philosoph. in Solo. Principem, si ebrius deprehensus esset, morte multandum. Et Salomon fugiendam regibus admonet, Proverb. 31.

De Interdicta Venatione hominum.

Cap. 9.

- 1 Venatio duplex, hominum, & ferarum: & qua hominum, & quomodo prohibita.
- 2 Adulatorum pernicies, & iniquitas. Et 3. 8. 9. 10. 11.
- 4 Adulatio quid, & adulator a placido & amico vt differat, & quibus similis sit. 5. & 6.
- 7 Adulatione reges & regna subuertuntur facile quare.
- 12 Captiuae voluntates qua improbat.
- 13 Blanditias donatae qua non repetantur.

